



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad part. 3. Quæst. 19. & 20. Addtio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

exercetur, ut apparet ex verbis ejusdem Conc. sess. 21. cap. 8. de reform. ibi, propterea commendata Monasteria &c. In quibus non viget regularis observantia &c. exempta ab Episcopis, etiam tanquam Apostolica Sedis delegatis annis singulis visitentur &c. & nota Roderic. quaest. reg. tom. 1. q. 36. col. 3. vers. sed his qua diximus.

Et ita &c.

Ad part. 3. Quæst. 19. & 20. Additio.

**D**E quaestione an destructa Ecclesia pereant omnia ejus privilegia vid. plenè Barbastren. de Eccl. Cathedr. c. 25. num. 444. Barbos. de jure Eccl. l. 2. cap. 2. n. 51. & seqq. Bursar. cons. 353. per tot. & de suppressione collegii Rot. dec. 221. n. 22. par. 6. recent. & de suppressione religionis dec. 321. n. 15. par. 15. recent. & de destructione Ecclesie facta casu fortuito, vel ab infidelibus, quodque per illam non pereant privilegia. dec. 58. n. 3. par. 12. & coram Bichio dec. 640. n. 11.

De eo verò an Ecclesia noviter ædificata succedat quoad omnia antiquæ dituræ vid. Azor. Instit. moral. par. 2. l. 9. c. 3. q. 13. Dian. par. 3. tract. 12. resol. 20. Lotter. de re benefic. l. 1. q. 30. n. 26. Rot. dec. 177. n. 3. & 4. par. 15. & ultra hinc allegata distingui potest, quod suppresso loco aut certo genere personarum, si locus denuò ædificetur, vel alia personæ subrogentur sub eadem natura & qualitate, tali casu privilegia suppressorum transeunt in subrogatos, qui est casus decisionis 252. n. 8. par. 6. recent. Si verò reædificatio vel subrogatio fiat sub diversa natura & qualitate, privilegia non transeunt, ut in casu, quo in Monasterium suppressum & sæcularizatum substituuntur Clerici sæculares respondit Rot. dec. 33. n. 14. & 15. par. 11. recent. quamvis localis exemptio non tollatur per sæcularizationem, ut in dec. 197. n. 8. par. 14. & dec. 219. n. 10. par. 8. qua est dec. 8. supra in hoc tomo.



Ddd z

DECI-